

дений, была низвергнута вашими же [т. е. генуэзцев] руками... Нашим итальянцам<sup>1</sup> я сочувствую от всего сердца. О, если бы они во-время поверили мне, искренне их увещевавшему“.<sup>2</sup>

Обычно в исторических сочинениях это описание лишь упоминается;<sup>3</sup> историки склонны обходить его, как слишком своеобразный, субъективный источник, и, возможно, даже подозревают, что оно является подражанием какому-то античному образцу, хотя, как известно, описаний морских боев у римских авторов почти нет, а греческих Петрарка не читал. Преклоняясь перед классическими писателями и любясь цитатами и метафорами из их творений, Петрарка всегда остается самим собой, повинуется своему редкостному таланту, утонченному вкусу, богатому чувству. Нельзя, конечно, забывать об особенностях стиля Петрарки и его времени, и никто не станет предъявлять к автору XIV в. требований

<sup>1</sup> Здесь идет речь о третьем побежденном, по мнению Петрарки, народе, а именно о венецианцах.

<sup>2</sup> „Cuius enim animum non horror invaderet audientis aut legentis illius horridae noctis eventum quando ad vesperam violentissimo flante Austro inter Constantinopolim et Calcedonem trium validissimarum gentium in vos factus incursum est, illis a meridie venientibus (a Gallipoli enim solverant) et vento adiutis atque ideo vela facientibus, vobis contra hostes, contra ventum, contra mare pugnantibus, tamque atrox praelium coortum est, ut illud neque tempestas valida, neque nox insecuta dirimeret? Quis ille ventorum impetus, quod murmur rudentum, quis ille tubarum clangor, quis clamor ac gemitus virorum, quae navium collisio, quis ferri sonitus, quis sibilus per tenebras volitantium sagittarum? Pernox enim praelium fuit, cui per omnia conveniret illud poeticum:

Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
Explicit, aut possit lacrimis aequare labores?

Postremo proximam in lucem pugna sine intermissione protracta est, et quo magis posteritas miretur nox brumalis fuit. Sequens pugnae dies additus. Quis unquam simile aliquid audivit, quis tale aliquid vidit aut legit? Magna unius, magna alterius lucis parte et tota interim nocte pugnatum cum freto, cum vento, cum hostibus. Tres ab adverso acies, et in unum coactae de diversis tractibus tres disiunctissimae nationes. In medio Ianuensium sola virtus, sola Ianuensium fortuna. Et de externis quidem hostibus non doleo. Quid enim laboribus italicis sua tela permiscerent, venale genus, ac foedifragum et insolens, quos in longinquam infelicemque militiam nummus impellit, nobiscum solemniter contractae pacis immemores? Quamvis, ut verum fatear, calamitoso et misero popello misericordia debeatur: principibus succensendum, qui infando et inhumano commercio sanguinem suae gentis parva pecunia vendiderunt. Quin et de fallacibus atque inertibus graeculis, et per se grande nihil ausuris, non modo non doleo, sed valde gaudeo, et infame illud imperium sedemque illam errorum vestris manibus eversum iri cupiosi Italiam autem nostris uno de corde compatior; qui mihi utinam ideliter admonenti in tempore credidissent“. Petr. Fam. XIV, 5 (ed. Fracassetti II, pp. 294—295).

<sup>3</sup> Ср., напр., H. K r e t s c h m a y r. Geschichte v. Venedig II, 205—209.